



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LXXXII. De actibus interioribus religionis. Et primo de deuotione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Art. ad 3. ad art. 3. ad 3.

Et sic. Ety. m. cas. incipit. Sapiens etc. p. 21.

aliarum virtutum, cum dictum sit, quod iustitia legalis imperat religioni. Oportet enim, imperantem virtutem imperatorem esse imperatorem.

Ad hoc dicitur, quod manifestum est bonam religionis ex parte subiecti esse partem boni communis, & ordinabile ad bonum commune, & propterea iustitiam legalem imperare religioni. Manifestum rursum est, iustitiam legalem mundificare mentem, ac per hoc imperari posse a sanctitate ad mentis sanctificationem, sicut temperantiam, & aliarum virtutum actus. Manifestum quoque amplius est, quod quilibet virtutis actus pro quanto liber est, potest sub voto cadere, ac per hoc materia sanctitatis, aut religionis esse, cuius votum est actus, ut infra patet, ac per hoc imperari a sanctitate. Ex quo sequitur, quod ex hoc solum, quod una virtus potest imperare actui alterius, non efficaciter arguitur virtutem illam esse simpliciter priorem: alioquin religio esset prior fide, cum contingat uouere actum fidei. Contingit namque hoc ex reflexione actuum animae supra seipsum: & religio, seu sanctitas hoc sortitur ex suo prioritate, qui est Deus, ad quem omnia multis possunt referri modis. Concedendum est igitur, quod sanctitas imperat iustitiam legali, & contra, quamuis diuersimode: quia iustitia legalis imperat in ordine ad commune bonum, sanctitas autem in ordine ad Deum, ut sanctitatis finem. Et huiusmodi secundum quid habent virtutes se habent ut excedentes, & excessus, simpliciter tamen iustitia legalis prior, & prior videtur, tum quia totum praefertur partibus: tum quia ex obiecto nobilitantur, & ordinantur simpliciter virtutes. Obiectum autem iustitiae

posito, non sunt idem: sed in quadam enumeratione partium iustitiae sanctitas conuincit religioni, ut supra habitum \* est. ergo sanctitas non est idem quod religio.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia: sed seruire Deo pertinet ad religionem, ut supra habitum \* est. ergo religio est idem sanctitati.

RESPON. Dicendum, quod nomen sanctitatis duo vsus importare. Vno quidem modo munditiam, & huic significationi competit nomen graecum, dicitur. n. agios, id est, sine terra. Alio modo importat firmitatem: unde apud antiquos sancta dicebantur, quae legibus erant munita, ut violari non deberent. Vnde, & dicitur aliquid esse sanctum, quia est lege firmatum. Potest etiam in Latinos hoc nomen, sanctus, ad munditiam pertinere, ut intellegatur sanctus, quasi sanguine tinctus, eo quod antiquitus illi, qui purificari uolebant, sanguine hostiae tingebantur, ut \* Ista dicit in lib. Ety. m. Et utraque significatio competit, ut sanctitas attribuitur his, quae diuino cultui applicantur: ita quod non solum hoies, sed et templum, & uasa, & alia huiusmodi sanctificari dicuntur ex hoc, quod cultui diuino applicantur. Munditia enim necessaria est ad hoc, quod mens Deo applicetur, quia mens humana inquinat ex hoc, quod inferioribus rebus coniungitur: sicut quilibet res ex immixtione peioris fordescit, ut argentum ex immixtione plumbi. Oportet autem quod mens ab inferioribus rebus abstrahatur ad hoc, quod suprema rei possit coniungi, & ideo mens sine munditia Deo applicari non potest. Vnde ad Heb. 12. dicitur. Pace sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. Firmitas est exigenda ad hoc, quod mens Deo applicetur. Applicatur enim ei sicut ultimo fini, & primo principio: huiusmodi autem oportet maxime immobilia esse. Vnde dicebat Apo. Rom. 8. Certus sum, quod neque mors, neque uita separabit me a charitate Dei. Sic ergo sanctitas dicitur, per quam mens hominis seipsam, & suos actus applicat Deo: unde non differt a religione secundum essentiam, sed solum ratione. Nam religio dicitur secundum quod exhibet Deo debitum famulatum in his, quae pertinent specialiter ad cultum diuinum, sicut in sacrificijs, oblationibus, & alijs huiusmodi. Sanctitas autem dicitur secundum, quod homo non solum haec, sed aliarum uirtutum opera refert in Deum,

secundum quod homo se disponit per bona quaedam opera ad cultum diuinum pertinentia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sanctitas est quadam specialis uirtus secundum essentiam, & secundum hoc est quodammodo eadem religioni. Habet autem quandam generalitatem, secundum quod omnes uirtutis actus per imperium ordinantur in bonum diuinum: sicut & iustitia legalis dicitur generalis uirtus, in quantum ordinat omnium uirtutum actus in bonum commune.

AD SECUNDUM dicendum, quod temperantia munditia quidem operatur: non tamen ita, quod habeat rationem sanctitatis, nisi referatur in Deum. Vnde de ipsa uirginitate dicit Aug. \* in lib. de uirginitate, quod non quia uirginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur.

AD TERTIUM dicendum, quod sanctitas distincta est a religione propter differentiam predictam, non quia differunt re, sed ratione, ut \* dictum est.

H QVAESTIO LXXXII.

De deuotione, in quatuor articulis diuisa.

DE INDE considerandum est de actibus religionis.

Et primo, De actibus interioribus, qui secundum praedicta sunt principales.

Secundo, De actibus exterioribus, qui sunt secundarii. Interioribus autem actibus religionis uidentur esse deuotio, & oratio.

Primo, ergo de deuotione agendum est.

Secundo, De oratione.

CIRCA primum quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum deuotio sit specialis actus.

Secundo, Vtrum sit actus religionis.

Tertio, De causa deuotionis.

Quarto, De eius effectu.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum deuotio sit specialis actus.

AD PRIMUM sic proceditur. Vbi, quod deuotio non sit specialis actus. Illud. n. quod pertinet ad modum aliorum actuum, non uisus specialis actus: sed deuotio uisus pertinet ad modum aliorum actuum. dicitur. n. 2. Paral. 29. Obrulit uniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente deuota. ergo deuotio non est specialis actus.

In eodem articulo dubium occurrit pro conclusione, & ratio-  
ne pro quanto dicitur, quod deuotio est specialis actus volunta-  
tis, & quod prompta voluntas &c. Nam cum omne nomen vni  
significet, vt dicitur 4. Meth. aut deuotio significet ipsum actum  
voluntatis, aut qualitatem eius, puta, promptitudinem. Si signifi-  
cat actum, cu nullus  
actus voluntatis, nisi  
sine naturalibus, quem  
occulis non esse de-  
uotionem, sic prom-  
pta, vel sit ex habi-  
tudo, vel inclinatio-  
ne ad inclinatio-  
nem particulari pro  
pugnatur, quod  
deuotio non signifi-  
cat promptam volun-  
tatem. Si vero signifi-  
cat promptitudinem,  
quod promptitudo non  
est actus, sed quali-  
tas, seu modus actus,  
sequitur quod deuotio  
non sit specialis  
actus voluntatis.

¶ 2 Præ. Nullus specialis actus  
inuenitur in diuersis generibus  
actuum: sed deuotio inuenitur  
in diuersis generibus actuum sci-  
licet in actibus corporalibus, &  
etiam spiritualibus: dicitur enim  
aliquis & deuote meditari, & de-  
uotegenuslectere. ergo deuotio  
non est specialis actus.

¶ 3 Præ. Omnis actus specialis  
aut est appetitiuus, aut cognosciti-  
uus virtutis: sed deuotio neutri  
earum appropriatur, vt patet di-  
scutenti per singulas species ac-  
tuum vtriusque partis, quæ su-  
per enumerata sunt. ergo deuotio  
non est specialis actus.

SED CONTRA est, quod acti-  
bus meretur, vt supra habitum  
est: sed deuotio habet speciale  
rationem merendi. ergo deuotio  
est actus specialis.

RESPON. Dicendum, quod  
deuotio dicitur ad deuotendo: vn-  
de deuoti dicuntur, qui seipfos  
quodam modo Deo deuot, ut ei  
se totaliter subdat. Propter quod  
& olim apud Gentiles deuoti di-  
cebantur, qui seipfos idolis deuo-  
uebant in mortem pro sui exer-  
citus salute, sicut de duobus De-  
cibus Titus Lilius narrat. Vnde de  
uotio nihil aliud esse videtur,  
quam voluntas quadam prom-  
pte tradendi se ad ea, quæ perti-  
nent ad Dei famulatum: Vnde  
Exod. 35. dicitur, quod multitu-  
do filiorum Israel obtulit mente  
promptissima, atque deuota pri-  
mitias domino. Manifestum est  
autem, quod voluntas prompte  
faciendi quod ad Dei seruitium  
pertinet, est quidam specialis ac-  
tus: vnde deuotio est specialis  
actus voluntatis.

AD PRIMUM ergo dicendum,  
quod mouens imponit modum  
motui mobilis. Voluntas autem  
mouet alias vires animæ ad suos  
actus, & voluntas secundum quod  
est finis, mouet seipsam ad ea,  
quæ sunt ad finem, vt supra habi-  
bitum est. Et ideo cum deuotio  
sit actus voluntatis hominis offer-  
rentis seipsum Deo ad ei ser-  
uiendum, qui est vltimus finis,  
consequens est, quod deuotio  
imponat modum humanis acti-  
bus, siue sint ipsius voluntatis  
circa ea, quæ sunt ad finem: siue

itali impulsu mouetur habens charitatem ut sic, quod voluntas  
Dei amici se mouet. Vnde scriptum est. Qui adheret Deo, vnus  
spiritus est cum eo. Eadem quoque charitas mediante religione,  
vltan.

In responsione ad primum eiusdem articuli aduerte, quod cum  
actus voluntatis respectu finis sint tres, scilicet frui, & intendere,  
vt in principio q. 8. præcedentis libri patet, & deuotio, vt hic di-  
citur, importet actum voluntatis respectu finis, & sit actus ho-  
minis offerentis seipsum Deo ad eius cultum, consequens est, quod  
deuotio significet il-  
lum voluntatis actum,  
qui est uelle, non qua-  
litercumque, sed ut  
habet pro fine, ac ratio-  
ne uolendi Deum,  
& pro eo quod est  
ad finem, ac re uolita-  
te, & sua in cultu  
diuino. In superiori  
namque libro dictum  
est, quod uelle est actus  
respectu finis, non  
solum absolute, sed  
etiam respectu finis  
positi in his, quæ sunt  
ad finem. Actus autem  
voluntatis hominis  
offerentis seipsum  
Deo ad eius cultum,  
importat huiusmo-  
di uelle. Nam talis  
actus, ut in litera di-  
citur, est respectu fi-  
nis, & claudit etiam  
ea, quæ sunt ad finem,  
scilicet seipsum quod offert,  
& cultum diuinum,  
in quo se offert. Sic  
ergo deuotio, quæ præ-  
cipuus est religionis  
actus, importat primo  
prompte uelle  
diuini honorem in  
nostra exercitatio-  
ne sui cultus, & inde  
prouenit præp-  
ta electio oportuno-  
rum ad hoc, & prom-  
pta executio contem-  
nentium. Cuius si-  
gnum est, quod per-  
sonæ uere deuotæ,  
cum percipiunt ali-  
quid esse pro diuino  
cultu agendum, prom-  
ptæ adeo sunt gau-  
deant se aliquid hu-  
iufmodi operaturas,  
& operari.

etiam sint aliarum potentiarum,  
quæ a voluntate mouentur.  
AD SECUNDUM dicendum,  
quod deuotio inuenitur in di-  
uersis generibus actuum, non si-  
cut species illorum generum, sed  
sicut motio mouentis inuenitur  
uirtute in motibus mobilium.

AD TERTIUM dicendum, quod  
deuotio est actus appetitiuus par-  
tis animæ, & est quidam motus  
voluntatis, vt dictum est \* est.

ARTICVLVS III.

Utrum deuotio sit actus religionis.

AD SECUNDUM sic proce-  
ditur. Videtur, quod deuotio  
non sit actus religionis. Deuo-  
tio enim, vt dictum \* est, ad  
hoc pertinet, quod aliquis se Deo tra-  
dat: sed hoc maxime fit per cha-  
ritatem, quia, vt Dionysius dicit 4.  
cap. \* de diu. nom. Diuinus amor  
extasim facit, non finis amantes  
sui ipsorum esse, sed eorum, quæ  
amant. ergo deuotio magis est  
actus charitatis, quam religionis.

¶ 2 Præ. Charitas præcedit religio-  
nem: deuotio autem uidetur præ-  
cedere charitatem, quia charitas  
in scripturis significatur per ignem,  
deuotio uero per pinguedinem,  
quæ est ignis materia. ergo deuotio  
non est actus religionis.

¶ 3 Præ. Per religionem homo  
ordinatur solum ad Deum, ut  
dictum est: sed deuotio etiam ha-  
betur ad homines. dicitur enim  
aliqui esse deuoti aliquibus san-  
ctis uiris: & etiam subditi dicun-  
tur esse deuoti dominis suis, si-  
cut \* Leo Papa dicit, quod Iudei  
quasi deuoti Romanis legibus,  
dixerunt. Non habemus Regem  
nisi Cæsarem. ergo deuotio non  
est actus religionis.

SED CONTRA est, quia deuo-  
tio ad deuotendo dicitur, ut \* di-  
ctum est: sed uotum est actus reli-  
gionis. ergo & deuotio.

RESPON. Dicendum, quod  
ad eandem uirtutem pertinet uel  
le facere aliquid, & promptam uo-  
luntatem habere ad illud faciendum:  
quia utriusque actus est idem obie-  
ctum. Propter quod, ut \* Philo. di-  
cit in 5. Ethic. iustitia est, qua uo-  
lunt homines, & operatur iusta.

In corp. art.

Infra q. 89.  
art. 3. ad 1.  
& a. 15. cor.  
Et q. 104.  
art. 3. ad 1.  
\* Art. præc.

Cap. 4. par.  
1. non mul-  
tum remote  
a fine.

Art. 1. q. præ-  
ced.

Super Questionis  
octuagesima secunda  
Articulum secun-  
dum

In ser. 8. de  
Passione do-  
mini circa  
Princip.

Art. præc.

Lib. 5. cap. 1.  
in princip.  
tom. 5.

ut sanctitas est, applicat mentem Deo ve subditam honorando, & propter mentem cetera ad honorem. & cultum Dei. Mediane vero religione ut religio est, applicat hominem ad ipsa opera diuini cultus, vt in littera dicitur, & prius declaratum fuit.

In reipsonse ad 3. in eod. artic. habes explicite distinctam significationem alterius rationis in speciali huius nominis, deuotio, ab ea, qua vitur in proposito, nec altera earum est impropria. Nec est propterea nomen æquiuocum, sed potius analogum. Proportionaliter namq; ad Deum, & dominos voluntas affecta, se habet in diuerso famulatu.

¶ Super Questionis octuagesime secunde Articulu tertium.

In arti. 3. eiusdem q. 82. nota causas deuotionis intrinsecas, duas, scilicet alteram ex parte meditationis Dei, & beneficiorum suorum: alteram ex parte meditationis propriorum defectuum. In prima sunt bonitas, misericordia, charitas &c. Dei erga hominem, & me, beneficiaq; creationis ad imaginem suam, redemptionis, baptismi, inspirationum, vocationum per se, vel alios, expectationis ad penitentiam, Eucharistia, preseruationis a tot periculis anime & corporis, angelice custodie, & reliquorum beneficiorum singularium. In secunda, sunt defectus culpæ, & pena tam in preterito, quam in presenti, labilitas ad peccandum, dissipatio propriæ substantiæ, assuefaciendo cogitatus & voluntates & inclinationes aliarum suarum virium ad malum, habitatio in regione longinqua ab amicitia & conuersatione diuina, peruersitas affectus magis temporalia, quam spiritualia commoda, vel incommoda sentientis, nuditas a virtutibus, uulnera ignorantie, malitie, in-

Manifestum est, autem, qd operari ea, quæ pertinent ad diuinum cultum, seu famulatum, pertinet proprie ad religionem, vt ex prædictis patet. Vnde etiã ad eam pertinet habere promptam voluntatem ad huiusmodi exequenda, quod est esse deuotum: & sic patet, qd deuotio est actus religionis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, qd ad charitatem pertinet immediate, quod homo tradat seipsum Deo, adhærendo ei per quãdam spiritus unionem: sed quod homo tradat seipsum Deo ad aliqua opera diuini cultus, hoc immediate pertinet ad religionem: media te autem ad charitatem, quæ est religionis principium.

AD SECVDVM dicendum, quod pinguedo corporalis & generat per calorem naturalem digerentem, & ipse naturalis calor habet pinguedinem, quasi eius nutrimentum. Et similiter charitas & deuotionem causat, in quantum ex amore aliqui redditur promptus ad seruiendum amico, & etiam per deuotionem charitas nutritur, sicut & quilibet amicitia conseruatur, & augetur per amicabile operum exercitium, & meditationem.

AD TERTIVM dicendũ, quod deuotio, quæ habetur ad sanctos Dei mortuos, vel uiuos, non terminatur ad ipsos, sed transit in Deum, in quantum scilicet in ministris Dei Deum veneramus. Deuotio autem quam subditi dicuntur habere ad dominos temporales, alterius est rationis: sicut & temporalibus dominis famulari differt a famulatu diuino.

ARTICVLVS III.

Utrum contemplatio, seu meditatio sit deuotionis causa.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, qd contemplatio seu meditatio sit deuotionis causa. Nulla enim causa impedit suum effectum: sed subtiles meditationes intelligibilium multoties deuotionem impediunt. ergo contemplatio, seu meditatio non est deuotionis causa.

¶ 2 Præter. Si contemplatio esset propria, & per se deuotionis causa, oporteret qd ea q sunt altioris contemplationis, magis deuotionem excitarent: huius autem contrarium apparet. frequenter. n. maior deuotio excitatur ex consideratione passionis Christi, & alijs miseris humanitatis ipsius, quam ex consideratione diuinæ magni-

tudinis. ergo contemplatio non est propria deuotionis causa. ¶ 3 Præter. Si contemplatio esset propria causa deuotionis, oporteret quod illi, qui sunt magis apti ad contemplationem, essent etiam magis apti ad deuotionem, cuius contrarium videmus: quia deuotio frequenter magis inuenitur in quibusdam simplicibus uiris, & in femineo sexu, in quibus inuenitur contemplationis defectus. ergo contemplatio non est propria causa deuotionis.

SED CONTRA est, quod in Psal. 38. dicitur. In meditatione mea exardescet ignis: sed ignis spiritualis causat deuotionem. ergo meditatio est deuotionis causa.

RESPOND. Dicendum, quod causa deuotionis extrinseca, & principalis Deus est, de quo dicit Ambr. super Lucã, quod Deus, quos dignatur vocat, & quæ uult religiosum facit: & si uoluerit, Samaritanos ex inuotiois deuotio fecisset. Causa autem intrinseca ex parte nostra, oportet quod sit meditatio, seu contemplatio.

Dicitur \* est enim, quod deuotio est quidam uoluntatis actus ad hoc, quod homo prompte tradat ad diuinum obsequium. Omnis autem actus uoluntatis ex aliqua consideratione procedit, eo quod bonum intellectum est obiectum uoluntatis. Vnde & Augustinus dicit in lib. de Trin. quod uoluntas oritur ex intelligentia. Et ideo necesse est quod meditatio sit deuotionis causa, in quantum scilicet homo per meditationem concipit, quod se tradat diuino obsequio.

ad quod quidem inducit duplex consideratio. Vna quidem, quæ est ex parte diuinæ bonitatis, & beneficii ipsius, secundum illud Psal. 72. Mihi ad hærerè Deo bonum est, & ponere in domino Deo ipse meam; & hæc consideratio excitat dilectionem, quæ est proxima deuotionis causa. Alia uero est ex parte hominis considerans suos defectus, ex quibus indiget, vt Deo innitatur, secundum illud Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes, vnde ueniat auxilium mihi. Auxilium meum a Dño, qui fecit celum, & terram: & hæc consideratio excludit presumptionem, per quam aliquis ipeditur, ne Deo se subiciat, dum suæ uirtuti innimit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod consideratio eorum, quæ nata sunt dilectionem Dei excitare, deuotionem causant. Consideratio uero quoruscumq; ad hoc non pertinentiũ, sed ab eis mente distrahentiũ, impedit deuotionem.

q. 82. art. 3.

In 4. cor. 4. dist. 15. q. 4. ar. 3. q. 2. cor. Et ma. q. 11. art. ad 7.

AD SECVNDVM Dicendum, quod ea, quae sunt diuinitatis, sunt secundum se maxime excitantia dilectionem, & per consequens deuotionem: quia Deo est super omnia diligendus. Sed ex debilitate mentis humane est, quod sicut indigent manu ductione ad cognitionem diuinorum: ita ad dilectionem per aliquam sensibilia nobis nota, inter quae praecipuum est humanitas Christi, secundum quod in praefatione dicitur. Vt dum uisibiliter Deum cognoscimus, per hanc inuisibilem amorem rapiamur. Et ideo ea quae pertinent ad Christi humanitatem per modum tantam manu ductionis, maxime deuotionem excitant, cum tamen deuotio principaliter circa ea, quae sunt diuinitatis, consistat.

AD TERTIVM Dicendum, quod scientia, & quicquid aliud ad magnitudinem pertinet, occasio est, quod homo consideret de seipso, & ideo non totaliter se Deo tradat. Et inde est, quod huiusmodi quandoque occasionaliter deuotionem impediunt, & in similibus, & mulieribus deuotio abundat elationem comprimendo. Si tamen scientiam, & quamcumque aliam perfectionem homo perfecte Deo subdat, ex hoc ipso deuotio augetur.

ARTICVLVS III.

Vtrum letitia sit deuotionis effectus.

AD QVARTVM sic procedit. Vbi, quod letitia non sit deuotionis effectus: Quia ut dictum est, passio Christi praecipue ad deuotionem excitat: sed ex eius consideratione consequitur in anima quaedam afflictio, secundum illud T're. 3. Recordare paupertatis meae, abstinentiae, & sellis quod pertinet ad passionem: & postea subditur: Memoria memor ero, & tabescet in meani mea. ergo delectatio, siue gaudium non est deuotionis effectus.

¶ 2 Praet. Deuotio praecipue consistit in interiori sacrificio spiritus: sed in Psal. 50. dicitur, Sacrificium Deo spiritus contribulatus. ergo afflictio magis est deuotionis effectus quam iucunditas, siue gaudium.

¶ 3 Praet. Greg. Nilenus dicit in lib. de homine, quod sicut risus procedit ex gaudio, ita lacryma, & gemitus sunt signa tristitiae: sed ex deuotione contingit, quod aliqui prorumpant in lacrymas. ergo letitia, uel gaudium non est deuotionis effectus.

SED CONTRA est, quod in collecta dicitur. Quos ieiuniorum castigat, ipsa quoque deuotio sancta letificet.

RESPON. Dicendum, quod deuotio per se quod est, & principaliter ipsam letitiam meretur, & per consequens augetur, & per accidens causat tristitiam. Dicitur est, n. quod deuotio ex duplici consideratione procedit. Principaliter quidem ex consideratione diuinae bonitatis: quia ista consideratio pertinet quasi ad terminum motus uoluntatis traditis se Deo. Et ex ista consideratione per se quod sequitur delectatio, secundum illud Psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum. Sed per accidens haec consideratio tristitiam quaedam causat in his, qui non dum plene Deo fruuntur, secundum illud Psal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uinum, & postea sequitur: Fuerit mihi lacrymae meae &c. Secundario uero datur deuotio, ut dicitur, ex co-

sideratione propriorum defectuum. Nam haec consideratio pertinet ad terminum, a quo homo per motum uoluntatis deuote recedit, ut, si non in se existat, sed Deo se subdat. Haec autem consideratio econuerso se habet ad primam. Nam per se quidem nata est tristitia causare, recogitando proprios defectus, per accidens autem letitiam, scilicet propter spem diuinae subuentiois. Et sic patet quod ad deuotionem primo, & per se consequitur delectatio: secundario autem, & per accidens tristitia, quae est secundum Deum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in consideratione passionis Christi est aliquid quod contristet, scilicet defectus humanus, propter quem tollendum Christi pati oportuit: & est aliquid quod letificet, scilicet Dei erga nos benignitas, quae nobis de tali liberatione prouidit.

AD SECVNDVM Dicendum, quod spiritus, qui ex una parte contribulatur propter praesentis uitae defectus, ex alia parte condelectatur ex consideratione diuinae bonitatis & ex spe diuini auxilii.

AD TERTIVM Dicendum, quod lacrymae prorumpunt non solum ex tristitia, sed etiam ex quadam affectus tenerritudine, praecipue cum consideratur aliquid delectabile cum permissione alicuius tristabilis, sicut solent homines lacrimari ex pietatis affectu cum recuperant filios, uel charos amicos, quos estimauerant se perdidisse. Et per hunc modum lacrymae ex deuotione procedunt.

Super quatuor articulis primus.

QVAESTIO LXXXIII.

De Oratione, in decem & septem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de oratione. Et circa hoc quaruntur decem & septem.

¶ Primo, Vtrum oratio sit actus appetitiuae uirtutis, uel cognitioe.

¶ Secundo, Vtrum sit conueniens orare Deum.

¶ Tercio, Vtrum oratio sit actus religionis.

¶ Quarto, Vtrum solus Deus sit orandus.

¶ Quinto, Vtrum in oratione sit aliquid determinate petendum.

¶ Sexto, Vtrum orando debeamus temporalia petere.

¶ Septimo, Vtrum pro aliis orare debeamus.

¶ Octauo, Vtrum debeamus orare pro inimicis.

¶ Nono, De septem petitionibus orationis dominicae.

¶ Decimo, Vtrum orare sit proprium rationalis creaturae.

¶ Undecimo, Vtrum sancti in patria orent pro nobis.

¶ Duodecimo, Vtrum oratio debeat esse uocalis.

¶ Tertiodecimo, Vtrum attentio requiratur ad orationem.

¶ Quarto decimo, Vtrum oratio debeat esse diurna.

¶ Quintodecimo, Vtrum oratio sit efficax ad impetrandum quod petitur.

Secunda Secunda S. Thomae.

IN art. 1. q. 83. aduerte diligenter, quod licet orationis nome plures significationes habeat, & aliter apud grammatikos, & aliter apud rhetores, aliter apud theologos sumatur, ut de se patet: non ideo author etymologiam Cassiodori, quae etiam est Hieronymi, attulit, ut significationem su per etymologia fundaret, sed ut ex illa occasionem haberet in gressu ad distinctionem orationis speculatiuae, & practicae, & ex earum officijs una manifesta orationis significationem, quae est ad propositum, scilicet pro petitione, seu deprecatione, locaretur proprio subiecto, ac per hoc responderet quaesito. Habes igitur ex hoc loco quid nominis: quia significat petitionem. Habes & quodammodo quid rei: quia petitio est actus rationis practicae, quo homo dispo situr ordinat aliquid per alium agendum. Per has enim particulas distinguitur ab actibus appetitiuis, & rationis speculatiuae, & alijs actibus rationis practicae, ut facile est discernere per eandem. Memento ta-

BB men